Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

illos nobis fecisti · qui portauimus pondus
diei & aestus. At ille respondens. unum eo
rum dixit · Amice. non facio tibi iniu
riam. Nonne ex denario conuenisti me
cum. Tolle quod tuum est & uade. Volo
autem & huic nouissimo dare. sicut & tibi.
Aut non licet mihi facere quod uolo. An
oculus tuus nequam est. quia ego bonus
sum. Sic erunt nouissimi primi. & primi
nouissimi. Multi enim sunt uocati. pau
ci uero electi. Et ascendens ihs hierosolimam. assumpsit xii discipulos secreto.
& ait illis. Ecce ascendimus hierosolima.
& filius hominis tradetur principibus
sacerdotum. & scribis. & condempnabunt
eum morte. Et tradent eum gentibus
ad deludendum. & flagellandum. & cru
cifigendum. & tertia die resurget.
Tunc accessit ad eum mater filiorum

T ℳ ccl
II
ℳ cxii.
L. ccxxii.

T ℳ ccii
VI
℟ cxiii